

deinde admisceantur

Aetherolei Terebinthinae crudi partes quattuor, 4
et fiat colatio. Massa saepius agitetur, donec Ungventum
obriguerit.

Ungventum universale.

Balsamum universale D. 50.

(Ungventum plumbicum N. 54).

Universalbalsam.

R. Cerae flavae partes sex; 6
liqvefiant cum
Olei Raparum partibus septendecim 17.
Mixture paullum refrigeratae addatur
Acetatis plumbici pulverati pars una 1
cum
Olei Raparum tepidi parte una 1
commixta. Massa saepius agitetur, donec Ungventum obriguerit.
Sit colore citreo, plus minusve saturato.

Veratrina.

Veratrinum D. 50.

(N. 54).

Veratrin.

Pulvis albidus, plerumque conglobatus, odoris expers. Ad nares admotus sternutamentum vehemens excitat. In Aqua vix solvitur, in Spiritu facile solvitur, in Aethere difficiliter sed plane solvitur; in Acidis dilutis facile solvitur. Solutio, addita Solutione Hydratis natrici, exhibeat praecipitatum, quod in liqvore praecipitanti abundanti solvi non possit, sed in Spiritu, Aethere, Chloroformio solvatur. In lamina platinea ignitus liqvescat, tum, nullo residuo relicto, deflagret. In vase probe clauso servetur.

Vina medicata.

Nisi alia parandi ratio praescripta est, eodem modo quo Tincturae parentur; sed pars ponderis inter digestionem aut macerationem evaporatione fortasse consumpta restituatur admiscendo vinum, quod eadem sit qualitate, qua menstruum. Limpida sint. Serventur eodem modo, quo Tincturae.

Vinum Chinae ferratum.

Vinum roborans D. 50.

China-Vin med Jern.

℞. Ferri pulverati,	1
Corticis Chinae Calisayae,	1
Rhizomatis Calami, singulorum partem unam,	1
Vini Xeres partes sexaginta	60.

Digerantur.

Vinum Colchici.

Vinum Colchici e Seminibus D. 50.

(*Se. 45. Essentia Seminum Colchici N. 54.*)

Kolchikum-Vin.

℞. Seminis Colchici grosse pulverati et per cribrum tra-	
jecti partem unam,	1
Vini Xeres partes decem	10.

Per decem dies digerantur.

Nota. Quinque partes respondent tribus fere partibus Vini Colchici Ph. Dan. 1850.

Vinum Ipecacuanhae.

(*Se. 45.*)

Brækrod-Vin.

℞. Radicis Ipecacuanhae pulveratae partem unam,	1
--	---

Vini Xeres partes decem..... 10.

Macerentur.

Nota. *Quinque partes respondent octo partibus Vini Ipecacuanhae Ph. Dan. 1850.*

Vinum Rhei.

(*Loco Tincturae Rhei vinosae D. 1840*).

(*Essentia Radicis Rheorum N. 54*).

Vinose Rhabarber-Draaber.

℞. Fructus Cardamomi partes duas, 2
 Radicis Gentianae partes tres, 3
 Radicis Rhei partes octo, 8
 Vini Xeres partes octoginta 80.

Macerentur.

Nota. *Quinque partes respondent circiter partibus sex Tincturae Rhei vinosae Ph. Dan. 1840.*

Vinum stibiatum.

(*Sv. 45. Solutio Tartratis stibico-kalici alcoholica N. 54*).

Bræk-Vin.

℞. Tartratis stibico-kalici partem unam; 1
 solvatur in
 Vini Xeres partibus ducentis undeqvinqvaginta;... 249
 tum liquor filtretur.

Aut ex tempore aut exigua tantum copia paretur.

Vinum thebaicum.

Tinctura Opii simplex, Tinctura thebaica D. 50.

Almindelige Opium-Draaber.

℞. Opii pulverati partem unam,.....	1
Vini Xeres partes decem	10.

Digerantur.

Nota. Qvinque partes respondent sex fere partibus Tincturae Opii simplicis Ph. Dan. 1850.

Vinum thebaicum crocatum.

Tinctura Opii crocata, Laudanum liquidum Sydenhami D. 50.

Laudanum.

℞. Corticis Cinnamomi ceylanici,	1
Florum Caryophylli, singulorum partem unam,....	1
Stigmatum Croci nuper siccatorum partes quattuor,	4
Opii pulverati partes sedecim,	16
Vini Malagae genuini partes centum sexaginta....	160.

Digerantur.

Nota. Qvinque partes respondent tribus fere partibus Tincturae Opii crocatae Ph. Dan. 1850.

Virtus Libanina

Thomae de Cantuariensis
Liber Primus
De Virtute Libani
Libanus est arboris generis
quae in Libano montibus
procreat. Hanc arborem
antiqui Libanum vocant
quia in Libano monte
maxime reperitur.

De Virtute Libani

Libanus est arboris generis
quae in Libano montibus
procreat. Hanc arborem
antiqui Libanum vocant
quia in Libano monte
maxime reperitur. Libani
resina est quae ex hac
arboris succo fit. Hanc
resinam antiqui Libanum
vocat. Libani resina
est quae ex hac arboris
succo fit. Hanc resinam
antiqui Libanum vocant.

Libani resina est quae
ex hac arboris succo fit.
Hanc resinam antiqui
Libanum vocant. Libani
resina est quae ex hac
arboris succo fit. Hanc
resinam antiqui Libanum
vocat.